

<Phebus>:

Affectantem te licium dea castior odit.
Vultur ob hoc miseri iecur insatiabile rodit.
Investigare si vis secreta deorum,
Offendas cave ne vim maiestatis eorum.

195

Pan:

Si loquar, ut fas est, de diva prole tonantis,
Deseret os hora, non rerum copia, fantis.
Hermetem nostis ex Maia de Iove natum,
Ut venerabilia tradunt oracula vatum.
Quem sibi delegit sententia viva deorum,
Interpres fidus et nuncius ut sit eorum.
Alatus talos caput obtectusque galero
Circumfert vultu celi secreta severo.
Anguibus innexam defert virgam sua dextra,
Utpote legatus intro discurrit et extra.
Sic fecundavit orbem, sic multiplicavit
Numina rex celi succrescens stirpe fideli,
Ut, si centenis uti detur mihi linguis,
Non ea carminibus valeam depromere dignis.“

200

205

196–238] Vgl. Fulgentius, *Mitol.* I, c. 52–55 (= *Fabula Mercurii*). Die Verbindung von Mercurius und merx ist in der Dichtung üblich: Vgl. z. B. Walter von Wimborne (ed. A. G. RIGG, 1978), *De palpone*, 3, vv. 1 f. (S. 40): Multi mortalium per mundi maria // solent Mercurii mercari precia. Zu vv. 215 u. 221 vgl. *Analecta Hymnica*, 45b (S. 165), Nr. 201, Str. 3: Mercatores avidi, / Nocte, die timidi / Flumina marina / Propter lucrum transeunt / Et quandoque pereunt / Morte repentina. 197 copia fantis] Zahlreiche Belege bei MASTANDREA und SCHUMANN, s. v. copia fantis. 199 oracula vatum] Vgl. SCHUMANN, s. v. 205 discurrit] In der Hs. korrigiert aus descurrit. 208] Nach detur ist die Dublette uti de getilgt. 208–209] Vgl. Vergil, *Aen.* VI, vv. 625–627, u. Georg. II, vv. 42–44; zur literarischen Rezeption des Bildes vgl. Pierre COURCELLE, *Histoire du cliché Virgilien des cent bouches*, in: *Revue des études latines* 33 (1955) S. 231–240.